Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



66

Naunebus Trophaum Alpium apud Plinium l. 3, c.
20. Ipsos esse modernos Anaunienses seu Nons-
berger, ~~no~~ et nomen et omnia suadent. Trocu-
ates, die Sultzberger, credit Roschmannus: illos
ne continua post Naunes ponit trophaum Alpiu.
De Hisarcis idem trophaum. Aucta sunt Hisarci
fluvii, quem Strabo l. 4 Isaram nominat: hodie
germanice dicam Eisack. De Teriolis No-
titia utriusque Imperii. Teriolos esse arcem Tirol
cum vicinia, Lefchius et Roschmannus et pleri-
que omnes consentiunt. Civitatem Teriolensem
Augusti Imp. coloniam fuisse, non improbabile
autumat idem ~~auctor postremo nominatus~~. Roschmannus.
Vennones et Vennonetes vicinos quidem fuisse,
non autem confundendos, reor; cum et in Tro-
phaeo Alpium distinctim recensentur, Camuni,
Vennones, Vennonetes, Hisarci, Breuni etc. Quos
Plinius Vennones; Ptolemaeus ~~Ouvv~~ Ouivvores,
Vinnones, Strabo Ouevones, Venones, vocant. Hic
l. 4 ~~b~~ habet sequentia: Supra Comum, quod est
ad radices Alpium situm, habitant versus orientem
Lati et Venones: ad alteram partem Lepontii, tri-
dentini, Stoni. Nempe Venones magis ad boream
spectabant, quam Lepontii et Tridentini; adeo, ut
paulo post eosdem Venones etiam Vindelicis ac-
censeat: Petulantissimi Vindelicorum habiti
sunt Lycatii, Clantinatii et Venones; Rhetorum
Rucantii et Cotnantii. ~~Unde~~ Hinc Vennones in Valle
Telina locari minime possunt, utpote a Vindelicis
longissime remota; congruentius in superiore
Oeni valle a Vennonis monte usque ~~ad Pigonum an-~~
~~nem~~ Rumissense municipium: unde versus boream
ad Lycatios patet via. Inter utrosque hi Clan-
tinatios ponas, non contradico. Haec de Venno-
nibus. Vennonetes forte legendum Veno- / esset
nes; aut certe ℣ vox illa in hanc paulatim trans-
iit: qua legitur in Epitaphio Victoris Latii Praetorii
apud Gruterum Pet. l. 7 ad an. 730. ~~Ac~~ Sed et Aribo
in vita S. Corbiniani vallem ab Oeno usque Sagas
vocat Venostiam, quam hodiedum Vennstam